



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**In Amos, Abdiam, Et Ionam Prophetas, Commentarij
Francisci Lamberti Auenionensis**

Lambert, François

Argentorati, 1525

VD16 B 3868

Pars Qvarta. Quarto, qua ratione Deus illum pro effrenata iracundia
redarguerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35983

F R A N C . L A M B . I N I O N A M .

Magnus, & bonus es domine Deus, qui fragilibus & misericordiis non deditur uti, etiam in sacro sancto uerbi tui ministerio, quemadmodum in Iona est uidere, & ego peccator in me ipso experior.

Misit denique uermem, et percussit hederam, unde et exaruit: Simul quoque sole seruente, iussit Deus uento urenti & calido, quo factum fuit ut Jonas aestuaret. Et qui prius nimium ad hederam pulchritudinem letabatur, ea atrafacta, in tam grauem deiectus fuit tristitiam, ut mori optaret & peteret.

In eo quod legis, Dominum preparasse hederam, parasse uermem, praecepisse uento urenti, argumentum habes, quod omnia ipse operetur. Ad id nanque probandum, eiusmodi locutiones sunt efficacissimae.

P A R S O V A R T A .

Et dixit Dominus ad Ionom: Putasne, bene irasceris tu super hederam? Et dixit. Bene irasceror ego, usque ad mortem. Et dixit Dominus: Tu doles super hederam, in qua non laborasti, neque fecisti ut cresceret, quae sub una nocte nata est, & sub una nocte periret; & ego non parcum Niniue ciuitati magnae, in qua sunt plusquam centum viaginta milia hominum, qui nesciunt

COMMENTAR. CAPVT III. 119
nesciunt, quid sit inter dexteram & sinistram
suam, & iumenta multa.

Semper magis confirmor, ut adseram idem quod ante, nempe Ionam uehementer peccasse. Et id quidem eo confidentius facio, quo & magis congruit textus simplicitati, & magis est in gloriam Dei. Infirmos namque & iniustos eligit, ut in eis magis glorificetur nomen suum. Et de hoc Propheta habes, quod eius iniustitia, Dei iustitiam admodum commendavit, quando eius misertus est.

Quidam uolunt Ionam minime iratum super hedera, sed super Israele, cuius typum a refactio hederae gerebat. Sed eorum pace salua, non ita est, nam huic enarratione aperte textus contradicit: Putasne, inquit, bene irascaris super hederam? Non dixit, super Israelem. Cui ille sine prudentia & modestia spiritus, increpanti contradicens, respondit: Bene irascor ego super hederam, usque ad mortem. Certe male irascebatur, quantum spectat ad iudicium DOMINI, proprio autem, fallaci, & mendaci iudicio, minime.

Et dixit Dominus: Tu doles &c. Sensus est: Situdoles, ob hederae a refactionem, & id noles de ipsa me fecisse, uide quam imprudens, quamque cecus sis, qui nolles me par cere Niniue ciuitati populosissimae, in qua sunt plus quam centum uiginti millia, qui nesciunt, quid sit inter dexteram & sinistram suam, id est, pueri insontes, nihil iudicij habentes,

R tes, &c.

FRANC. LAMB. IN IONAM

tes, & iumenta plurima, que omnibus hederis & arbori-
bus præstant. Ego illorum uolo misereri, eo quod resipue-
rint. Et tu resipisce, quod tam uehementer, et mul-
tis modis aberraris, neq; illos, sicut oportuit,
dilexeris, alioqui, saluus esse non po-
tes. Indubie enim hæc fecit De-
us, ut ipse Ionas ageret
pœnitētiā, ne
periret,
quod non dubitamus cum fe-
cisse, deo
optimo maximo
animum eius inlustran-
te, cui sit gloria, decus, & im-
perium in secula seculorum. Amen.

F I N I S.

Franc

